



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Corpore vitiatus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

CORPORE VITIATVS.

**P**ECCAT mort. qui corpore vitiatus ordinatur. cap. 25. num. 72.

Non est inhabilis ad ordines claudus, cui scipio in altari non est necessarius, nec habens maculam oculi, quæ non priuat visu, nec inducit notabilem deformitatem. cap. 27. num. 199.

Neque etiam est inhabilis gibbus, non nimium magnus, si non sit notabilis deformitas. Quæ autem sit hæc notabilis deformitas, ad Episcopum pertinet determinare. cap. 27. num. 199. & nu. 200. vide etiam tit. Irregularitas. III.

CORREPTIO.

**C**ORREPTIO est monitio proximi *secretâ*,  
*vel coram testibus, ut se emēdet à peccato.* A

cap. 24. num. 12. Præceptum correptionis est naturale, obligans omnes etiam infideles: & Evangelicū. num. 12. obligans etiam peccatores. ibid.

Obligat autem concurrentibus quatuor. B  
Primum, quod sit certum, proximum peccate mortaliter. III. Quod speretur emendatio,  
L 3 tio,